



PETRI VICTORII
COMMENTARII

In tres libros Aristotelis de arte dicendi.

*Positis ante singulas declarationes, valde studio & noua cura a ipsis
auctas, Graecis verbis auctoris, usque fideliter
Latine expressis.*

Cum vetere exquisito indice, cui multa addita
sunt, modo animaduersa.



FLORENTIAE.

Ex officina Iunctarum. An. MD LXXIX.

Cum licentia & priuilegio.



adoleſcentiſe purpura veſtis manifeſto congruit, ita videre, quid ſeni conveniat: neque enim indumentum idem vlllo modo ipſi congruit. Vtus autem cum ſit ſimili hoc, vt puto, viam, quam in hac re ſequi debemus, oſtendere nobis voluit: neque enim adoleſcenti homini *φανικε* epithetum eſt, aut translatio, ſed eam vim, quam oſtendi, habet hic locus. Quemadmodum (inquit) ſi certum ſtatutumq; non habemus, quod ſeni veſtimentum conveniat, ſpectare debemus, quid adoleſcenti aptum ſit, ita in nominibus adponendis: verbisq; aliunde transferendis, nos gerere debemus: ſimilitudinemq; rationum ſectari.

Καὶ εἰς τὴν κοσμῆν βάλῃ, ἀπὸ τοῦ βελτίου τοῦ ἐν αὐτῷ γένει φέρει τὴν μεταφορὰν: εἰς δὲ λέγειν, ἀπὸ τῶν χειρόνων.

Et ſi exornare velis, a meliore omnium, quae in eodem genere ſunt, ducere translationes: ſi autem vituperare, a peioribus.

QVOD ſi rem ornare ac decorare vis, a meliori omnium, quae in eodem genere inveniuntur, tranſferre nomen debes: contra ſi deturpare & infamare, a deterioribus: verum quia hoc ita prolatum obſcurum videri potuit, totam rem accurate exponit. Variavi autem hic aliquantulum lectionem: in excuſis enim antea legebatur. ἀπὸ τοῦ βελτίου, τοῦ ἐν αὐτῷ γένει. feci autem id ſecutus fidem antiquiſſimi libri, cum quo facit etiam vetus tralatio.

Λέγει δ' αὖθις, ἐπὶ τῶν ἐναντίων ἐν τῷ αὐτῷ γένει, τὸ φαῖαι τοῦ μετὰ πτωχόντων, δειχθῆναι: τὸν δὲ εὐχόμενον, πτωχόντων, ὅτι ἀμφοῦ αὐτῶν: τὸ εὐχόμενον ἐστὶ ποιῆναι.

Intelligo autem, ceu quia contraria ſunt in eodem genere, affirmare mendicantem rogare: & rogantem mendicare: ambo namque ſunt poſtulata, quod dictum eſt, erit moliri.

GENVS hic appellat αὐτῶν, id eſt poſcere: quod duas habet partes, δειχθῆναι & πτωχόντων: qui enim a dijs immortalibus commodi aliquid poſtulant, δειχθῆναι dicuntur. res autem dignitatem in ſe habet: nemo enim tam fortunatus, qui non auxilio deorum egeat, ac ſaepe votis opem ab illis imploret. qui ſtipem, ac quibus producere vitam poſſint, cogunt, vt mendici homines faciunt, πτωχόντων proprie dicuntur. Homerus in xvij. Odyſſeae ita inducit Telemachum cum Eumaeo loquentem: ſuadentemque illi, vt Ulyſſem, quem ignorabat, ſordido palliolo indutum, in vrbem deduceret, vt illic, quo ſe aleret, hoc pacto parare poſſet. Τὸν ξῆνον δὲ ὄσων ἀγ' ἐς πόλιν, ὅφρ' ἂν ἐκείνῃ Δαίτῃ πτωχόντων. qui igitur, cum, qui a dijs immortalibus votis aliquid peteret, diceret translatō nomine, πτωχόντων mendicareq; hic manifeſto eum dedecoraret: vt contra ornaret, qui mendicantem, diceret δειχθῆναι: neque enim humile eſt, δειχθῆναι: & ignominiam ei proprium nomen adferret, vt res ipſa, quam facit. Oſtendit igitur quomodo recte fieri poſſit, quod praeceperat: id eſt quam viam ſequi debeat, qui ornare quempiam auxilio translati verbi, aut vitam factumq; eius extenuare vult: a contrarijs enim rebus verba ſumenda docet, quae tamen ſub eodem genere valde inter ſe diſtantes res ſint: nam genus translationis eſſe a ſpecie ad ſpeciem ſub eodem genere poſitam, certum eſt: contraria vero munera ſunt, quae appellat: quibusq; exemplis huius documentum vtitur, quia ipſorum alterum dignitatem habet: alterum vero tenue, & abiectum miniſterium eſt. Plato quoque in ſermone, qui inſcribitur Euthyphron, δειχθῆναι dixit, eſſe petere aliquid a dijs immortalibus. & in vj. libro de legibus δειχθῆναι, huiusmodi poſtulationes. τρίτοφ' οἱ μὲν νόμος, ὅτι γίνονται δὲ ἐξ αὐτῶν ποιηταί, ὅτι δειχθῆναι, παρὰ θεῶν αὐτῶν εἶναι.

Ὡς καὶ Ἰφικράτης Καλλιῶν μετραγύρην, ἀλλ' ἂν δειχθῆναι.

Quemadmodum & Iphicrates Calliam appellabat metragyrem, non autem daduchum.

Sic enim legi debet: in cunctis tamen antea excuſis libris mendose ſcriptum erat μετραγύρην, & non paucis etiam ſcriptis: in ſolo namque antiquiſſimo libro hunc locum purgatum integrumq; inveni. Μετραγύρηται appellabantur, qui magnae matri ſtipem cogebant: ἀγύρηται enim mendici erant, & qui emendicato pane viuerent: iunctum autem ita nomen, eos, qui ipſi illi deae, vt loquebantur, emendicarent. Clemens in iij. paedagogo, cum de ſuperſtitioſis mulieribus loqueretur, quae impura haec hominum genera colerent: cumque ipſis in publico etiam aſſidue verſarentur, hos quoque appellavit. τὸ δὲ φέρουσι δὲ αὐτῶν ἀνὰ τὰ ἱερὰ ἐκθρόνισται καὶ μαρτυρήσονται, ἀγύρηται, καὶ μετραγύρηται καὶ γράμματα βλάμολοχοὺς οἰκοφρονοῦσας ἀσμεῖραι συμπεπαίδευται. Idemq; in ſuaſione ad Graecos, Menandri comici verſus adducit, quibus mentio ipſorum fieret: corandemque inſtituta

stituta damarentur. Οὐδὲ μ' ἀρίσκει ποδὲ παρ' ἱερῶν θεῶν Μυτράγρης: ὅδ' οὐ σέβειται πρὸς τοὺς θεοὺς. Ἐπι-
 » *καλὸς μὲν ἀριστὸς ποδὲ παρ' ἱερῶν θεῶν Μυτράγρης.* addit autem statim eruditus ac pius scriptor. περὶ τοῦ ὅτι μὲν ἀριστὸς. Ci-
 » *cerō, cum in ij. libro de legibus inquit, praeter Ideae matris famulos: eosq; certis diebus, ne-*
 » *quis stipem cogito, μὲν ἀριστὸς ποδὲ παρ' ἱερῶν θεῶν Μυτράγρης intellexit. nam quod ad dies pertinet, quibus stipem cogendi*
 » *ipsis facultatem reliquerat Cicero, μὲν ἀριστὸς ποδὲ παρ' ἱερῶν θεῶν Μυτράγρης eos vocabant: certis enim quibusdam die-*
 » *bus sacra illa colere moris erat: castos autem eos, qui superstitione illa tenebantur, ducebant,*
 » *ut ex verbis antiqui scriptoris colligitur, quae a Suda adducuntur. τὰς δὲ μὲν ἀριστὸς ποδὲ παρ' ἱερῶν*
 » *μοίσι, ἢ καὶ πρότερον παρὰ φρονεῖ παρὰ δὲ θεῶν ἡμέρας κασιχας, ἢ καὶ μὲν ἀριστὸς ποδὲ παρ' ἱερῶν θεῶν: sunt autem illa Marini*
 » *Neapolitani, e libello, quem Proclum inscripsit, ἢ ποδὲ δὲ δαίμωνι κασιχας, sumpta. Lucretius in ij. li-*
 » *bro, cum sacra ritusq; illos exponeret, inquit. Aere atq; argento sternunt iter, omnia circum*
 » *Largifica stipe ditantes. Clearchus quoq; apud Athenaeum in xij. libro δὲ πλοσοφιστῶν, cum in-*
 » *felicem exitum Dionysij, iunioris Siciliae tyranni, dignum tamen vita factisq; ipsius, commemo-*
 » *raret, tradit ipsum, expulsus illo suo iniusto regno, huc tandem confugisse, atque humilia haec*
 » *fordidaque ministeria inopia coactum tractasse: in ea autem re exponenda eodem nomine uti-*
 » *tur: haec enim verba ipsius sunt. αὐτὸς δὲ Διονύσιος τίλος μὲν ἀριστὸς ποδὲ παρ' ἱερῶν θεῶν κασιχας, ἢ καὶ μὲν*
 » *ποδὲ παρ' ἱερῶν θεῶν κασιχας. nam tympana ministros eius deae gestare solitos, indicat idem Latinus poe-*
 » *ta, cum cecinit. Tympana tenta tonant palmis, & cymbala circum Concaua. Quod pro me*
 » *autem non facio, dignitas summorum virorum, beneq; de studijs litterarum meritorum, impel-*
 » *lit, ut pro ipsis faciam: non possum enim ferre Maioragium, occasionem nullam huius rei na-*
 » *ctum, hoc ipso in loco, maledicere doctissimis viris: neque enim ille, cum iunctum hoc nomen*
 » *μὲν ἀριστὸς ποδὲ παρ' ἱερῶν θεῶν corruptum foret, ac pro ipso perperam legeretur in omnibus fere libris μὲν ἀριστὸς ποδὲ*
 » *μαculam hanc deleuit: neque rationem huius nominis historiamque aperuit, positus exemplis,*
 » *quae totiam rem illustrarent, sed ego: qui tamen, & si idem videram, peccasse inquam eos, & in*
 » *hoc lapsos esse, perperci tamen honori illorum: condonaviq; errorem hunc multis eorundem*
 » *utilibus animaduersionibus: magis enim oporteret, qui amant bonas artes, certare inter se de*
 » *illis ingenio, operaque sua adiuuandis, quam de laude prava ratione, & cum dedecore indi-*
 » *gnorum, adipiscenda.*

Οὐδὲ ἔφη ἀμύητον αὐτὸν εἶναι: ὅ γὰρ αὐτὸς μὲν ἀριστὸς ποδὲ παρ' ἱερῶν θεῶν καλεῖται, ἀλλὰ δαδῶρον.
 Hic autem respondit, non esse illum initiatum: neque enim metragrytem, sed dadu-
 chum ipsum appellasset.

MVNERA famulorum Ideae matris plura, magnopereq; inter se discrepantia fuerunt: quaedam enim sordidiora, quaedam honestiora erant. praefere facies, honestum putabatur: cogere vero stipem, abiectum ministerium. Iphicrates igitur Calliam dehonestare studens, a sordidiorē munere eum appellauerat: Callias autem, dignitatem suam defendens, rudem penitus Iphicratem totius negotij esse dixit: nec sacris illis initiatum: non enim appellaturum se vumquam fuisse se μὲν ἀριστὸς ποδὲ παρ' ἱερῶν θεῶν, sed δαδῶρον, cum facies praefere soleret, non stipem, ut ille falso obiecerat, cogere: Calliae autem huius, Hipponici filij, qui δαδῶρον vocitari solitus erat, meminit Xenophon in vj. libro de rebus Graecorum, cum legatos Atheniensium, qui de pace Lacedaemonem missi erant, referret, & cuiusmodi etiam foret ingenium eius narrauit: erat enim ventosus homo, ut non minori voluptate afficeretur, si ipse res suas celebraret, quam si ab alijs illas gloriose praedicari audiret. ut oratio quoque indicat, quam ab eo illic habitam facit.

Ἀμφὶ γὰρ ποδὲ παρ' ἱερῶν θεῶν, ἀλλὰ τὸ μὲν, τίμιον: τὸ δὲ, ἄτιμον.
 Ambo enim haec ministeria seruiunt illi deae: verum hoc honoris plenum: alterum autem sine honore.

HAEC, non ut a Callia edita, referuntur, sed auctoris nomine exponuntur, qui docet in hac referuatam fuisse, quod ipse supra admonuit: cum enim haec partes ambae ministeriorum munus- rumque magnae matris essent, alterum in se dignitatem: alterum vero turpitudinem foeditatemque habebat. Iphicrates igitur, qui notare inimicum voluit, sordesq; illi obijcere, quod erat in eo genere deterius sordidiusq; arripuit. Inquit igitur Aristoteles, ambo sane haec mu- nera sunt seruientium illi deae: verum alterum eorum honestum: alterum vero abiectum, & ab omni honore vacuum.

Καὶ ὁ μὲν διονυσιοκόλακας: αὐτοὶ δ' αὐτῶν τεχνίτας καλεῖται.
 Et hic quidem liberi patris assentatores: hi vero semet ipsos artifices vocant.

CUM in exculis antea legeretur, καὶ οἱ μὲν διονυσιοκόλακας, duobus variatis nominibus ita emen-
 dauit.